

winnen aus ihrer Zusammenfügung mit dem Pariser Bruchstück das Schreiben einer bisher unbekannten Synode von Savonnière bei Toul aus dem Jahre 855 an einen Erzbischof oder Bischof¹, — leider nur seine Trümmer, die aber verdienen bekannt gemacht zu werden.

(*Cod. Paris. lat. 7561 [Bal. 676. Reg. C. 4351. 2] pag. 48 saec. X.*)

Decretum.

Cum in nomine Domini Dei nostri convenissemus nos humiles servi Christi ex diversis provinciis et regnis, Karoli videlicet senioris atque Hlotharii nepotis illius et Karoli iunioris, diversarum pro-

(*Cod.² Vat. Christ. 453 [früher 1316. 1627] fol. 49. 49' saec. X.*)
vintiarum archiepiscopi, Lugdunensis scilicet atque Bituricensis, Rothomagensis, Turonensis, Vesoncionensis, Darens^a, Vienensis, Treverensis, Remensis, Coloniensis, non longe a civitate Tullensium in villa, que dicitur Saponaria^b, positi ibique resedissemus, ut sub timore omnipotentis Dei que saluti nostrae et saluti^c populorum sub manu et regimine nostro positorum convenirent tractaremus, inter alia, que Deo disponente tractata sunt queque etiam suo tempore una cum reliquis coepiscopis et fratribus nostris subtilius discernenda tractare adhuc disposuimus, haec pauca capitula collegio fratrum relegenda digne subnotare credidimus.

Cap. I. Sicut in vestra sancta synodo frequentius definitum est et piissimis^d imperatorum capitulis continetur, de rebus ecclesiarum ita a nobis secundum auctoritatem sanctorum patrum deliberatum et firmatum est, ut, si quis res ecclesie debitas vel proprias occupaverit, retinuerit et agnito iuri^e ecclesiae non statim eas restituerit aut in iudicium episcopale venire distulerit, usque restitutas ipsas res communione privetur; item quod is^f, qui res ecclesie tenet, ammonitus^g iudicium declinaverit, quousque ad discussionem veniet aut ipsas res restituat^h, communione privetur; item

a) sive Arelatensis am Rande von späterer Hand. b) Anno DCCCLV. desgl. c) salute c. d) piissimus c. e) iure c. f) is corr. von gleicher Hand aus si. g) amonitus c. h) restituat c.

1) Darauf weisen die Worte 'vestra synodus' und 'fraternitas vestra'.

2) Das Blatt, auf dessen Inhalt Bethmann, Archiv XII, 281 aufmerksam machte, ist in die Hs. saec. XII. und saec. XVI. eingebunden.